

NUMMVS ICONICVS

EXHIBENS PALOTTAM, CHRISTIA-

nis à Sinane Bassa ereptam: Anno Christi 1593.



DUbijs admodum incertisq̃ue passibus Martem ambulare: rectè iccirco ab Homero *Ευρυον* communem appellari, hic, si prateritorum aliquis in Ungariâ annus demonstravit. Victoriâ in signem, & nullo non seculo de prædicandâ retulêre Thomas Erddi: Andreas Averspergius: Melchior Redererus: Rupertus Eggenbergius & alij viri Nobiles: ingenti Haran Bassæ exercitu ad Siseccum trucidato partim: partim in Colapin præcipitato: Vice versâ Sinanes Bassa Verires, ducto ex Thracia milite, sub finem septemb. Ungariam ferro & igne depopulatur: Vesprinum cui Ferdinandus de Samaria & Georgius Andreas de Hoffkirchen præerant, arctissimè obsessum die 6. Octob. expugnat: inde Palottam movet, eamque arcem tanto furore concutit, torque oppugnationibus præfidiarios fatigat, ut cum nulla spes esset eam defendendi, Petrus Ornandi Ungarus, qui loco præerat, cogeretur cum hoste pacisci, arcemque tradere. Cumque vitam & fortunas iam ab hoste impetrassent, certisque conditionibus, sacramento confirmatis, hostes admissi essent, Barbarus nihilominus capto præfecto, cum duobus alijs, reliquos omnes crudeliter trucidar.